

Kapsel 78 N 12 [75]

X300 8217

MISERA MEDICINÆ  
FACIES,  
*qvam*  
XXV. Julii An. MDCCX,  
*in Onomasmate*  
**V I R I**  
EXCELLENTISSIMI, AMPLIS-  
SIMI, ET EXPERI-  
ENTISSIMI  
**DOMINI**  
**JACOBI BAR-**  
**TELMAEI**  
REGIS POL. ET ELECT. SAXON.

ARCHIATRI,  
PRÆSIDII MILITARIS MEDICI,

*nec non*

Colleg. Sanit. Assess. Specabilis,  
FAUTORIS COLENDISSIMI,

delineatam

*exhibit*

Christianus Henricus Kircheim, Med. Doct.

PALÆO-DRESDÆ, Typis Schyvenckianis,



Kapsel 78 N 12 [75]

An.

Etiam ante messem, Gaudiorum messem,  
in Onomaſmate Tuo,  
Vir Excellentissime,  
colligimus:  
*Fertilis enim est JULIUS,*  
qui  
felicitatis tuæ ſuppreſa ſterilitate,  
**JACOBUM**,  
ceu feracifimum lætitiae Autumnum,  
Æſtatis tempore reſtituit.  
Plane qvaſi ſol Leonem ingreſlus,  
Egressum Tuum  
e Medicinæ Calamitate  
radii ſuis monſtrare nobis debuerit.  
Id fortunæ genus,  
in Te admirantur Albis, ipſaq; Hygiene,  
&  
Lætitiae argumenta  
ex ipsâ trifti Medicinæ facie deſromunt.  
Hodie enim  
non niſi miſerrimum ſaluberrimæ artis ſtatutum  
apud Medicos  
etiam fine oculis vident,  
qvi excæcata in ægrorum mentem iñſpiciunt.  
Ne Mireris,  
intuere diligenter ægrorum negligentiam,  
qvâ  
exiguī morbi illud tandem incrementum  
conſeqvuntur,  
ut inter ſeram Curationem  
Medicinæ vigor,  
& Medicorum Veneratio decreſcat.  
Adeò aucta corporis infirmitas  
infirmitat ipſum Medicinæ decus,  
& contumelia Peftem  
Morbus etiam benignus  
iñſpirat Viris mente fanifimis.  
Deploranda ergo eſt hæc temporis jactura

qvâ

quâ  
Patientes impatientiam vagam,  
ægri sanitatem perditam,  
Medici contemtum detestabilem  
lucrantur.

Huic torpori succedit  
Lingvæ morbus anprobrum?  
Reticentia,

quâ  
morborum Causam ægri supprimunt,  
ne sine causa credas,  
eos vel ideo sanos esse desiisse,

qvò  
Mentis magis infaniam proderent,  
quam sanitatem amissam corporis:  
Symptomata ipsa tegunt,  
qvò perversa metamorphosi

ex arte divinâ faciant Divinatoriam:

Admiscent etiam  
ipfis morbis sua somnia,  
ut cum purgato corpore  
ipse simul expurgari possit animus.

Adeo  
Medelam toti Homini vel inscii qværunt,  
ne  
in Medicô  
perplexæ investigationis somnia deficiant,  
vel ne  
optimæ curationis indicia abundant.

Addit his malis  
Symbolum suum ægrorum simulatio.  
Morbi namq; finguntur majores:

vel  
Ut simulachris hisce  
damnoſa extorqeatur misericordia,  
vel  
ut ipsa deceptione retardetur Sanitas.  
Illudunt ergo, ut illudantur;

Hinc  
sibi ipsis sufficiens imposturæ sunt præmium.

Hanc noxam  
qvis ægris vel invideat?  
vel reprehendat?

Ne tamen ægros semper simulatores dicas,  
sinceritatem simulant.

Medicinâ enim apertè rejectâ,  
nihil sibi, præter nihil, placere ajunt.

Aliquid tamen si placere nis incipiat,  
desiderant in amaritie dulcedinem,

Amarissimi Patientes;  
& guttas acidæ  
insipienter cupiunt insipidas:  
Ne illic fvatitas lingvam destituat;

hic lingva corpus excruciet.

En igitur Candorem!  
qvô Candidus in Medicum animus,  
Atro carbone notandus,

amittitur.

Medicamenta enim vel solius lingvæ gustu  
correxisse,

Medicos Iprevisse est.

Satius esset,

si vel elingves essent ægri;

Vel ipsi non simul cum morbis lingvæ vitiæ  
eloquerentur:

eloqvuntur tamen,

utcum hujus vitiis

simul animi pateant deliria:

Dicam planius quod sentio:

Inorigeros se ostendunt ægri:

A Medicô dependent, qui sui juris esse cupiunt:  
præceptâ diaphoresi,

hâc sibi interdicunt serviliter:

ne Stolidæ suæ opinioni non serviisse videantur:

Purgantia dein ipsi eligunt,  
non Medici:

quo

quò purissimi homines cum excrementis  
judicij etiam excrements dejiciant:

Thermas quoq;  
et si his locus nullus sit,

quærunt:

quo vel temporis potius rædia, qvam morborum lordes  
abluant;

velcum Tantalô Sanitatis aquas  
decepto ore captent,  
non tamen attingant.

In Venæctione inepte Curiosi,  
tantum sanguinis,

quantum sanitatis effundere sat agunt,  
ne vel citra culpam sibi inocuisse credantur;  
vel ne, quod farciat Medicus, de esse unquam possit.  
morigeri tamen si qui sunt,  
ipsô vento mutabiliores, mutant Medicos,  
quia

eos Variatio delectat, sed culpabilis.

Itaq;

inter Medicos sine Medicinâ,  
inter auxilia sine auxiliis remanent,  
Valetudinarii perpetui;  
quia inconstantes:

In confiniō Mortis perpetim constituti;  
quia constanti mutatione constantem sibi morbum  
contraxerunt.

Constanter ergo lecto adfixi,  
Pulvinaribus in Ixionis rotam degenerantibus,  
infernum sine inferno  
Crucem sine cruce sentiunt.

Nempe hi Primi malorum suorum Autores  
Pertinacem ipsi sibi invenerunt ægritudinem,  
deinde in sua invexerunt viscera.

Crudeles dices,  
nisi in proprium fævirent corpus.

Inter trajica hæcludibria,  
Pæoniæ artis gloriam  
desultoriâ ægrorum levitate pessum dari

Medici, tollendis morbis nati, stupent,  
sed sine fructu.

Nam stuporem hunc ægrotantis plebis stupor  
auget,  
qvæ Agyrtæ idem, qvod Doctori tribuit:  
adeò

huic blaterare idem, qvod docere est:  
Medicastrum esse idem, quod Medicum.

O execranda vulgi imprudentia,  
qvâ

Softrorum spes, infelici Arithmeticâ, subtrahitur,  
ingrati animi additione præmisâ,  
ne ex ægritudine Patientis,  
præter animi ægritudinem  
Medicis qvidpiam relinqutur:

Non erravero, si dixero,  
Hodiè Medicinam dolorificam factam esse,  
qvæ ad tollendos dolores inventa fuit:  
His ærumnis tamen intolerabilior magis  
illa est calamitas,  
qua Medicinam ipsam ipsi Medicis obruerunt:

Dubitas?

En Convitia!

qvibus honestissimi Viri se ipsos mutuò compungunt:  
dicerem inhonestos,  
nisi prodigium videretur,  
Medicum esse, & calumniari.

Interea tamen,  
Nova indies prodigia hic renascuntur.

Plerumq; enim sibi morborum invicem ignorantiam  
objiciunt ignari omnis modestiæ:

Ne alterum plus alterò scire præsumi poscit.

Causas qvoq; diversi diversas affectuum omnium  
recensent,

ne alibi, qvamin Medicinâ,

Confusionis Babylonicæ reliquias superstites  
qværas.

Hoc

Hoc dissensu ad Rixas Via sternitur,  
per quam in Pace ad Stygias umbras,  
ad quietem inquietus descendit æger,  
non redditurus,  
nisi cum præsentiam sui  
per Conscientiae terrorem Medicis inculcare jussus fuerit;  
vel quærere Volumina Medica,  
è quibus, ceu Pandoræ Pyxide, omne malum  
in ægros evolavit,  
tanto quidem gravius,  
quantò levius est, literarum decempidâ metiri morbos,  
qvos incurabiles  
fecit fallax Experientia,  
non nisi innoxiiis homicidiis commendanda.  
Nec enim Medicamentorum varia multitudo,  
incauta præparatio,  
difficilis electio,  
pomposa nominatio  
Experientiam reddunt certam,  
quam vel ipse æger incertam reperit.  
Sensu ergo medicinâ impugnatâ,  
ipsô vitrō, quod propinatur, est fragilior,  
miseram sui faciem  
ubiq; præsentans singulis.  
O igitur felicem!  
Cui tædiis ejusmodi erepto,  
Fatorum Clementia offert  
Pro tædiis gaudia,  
pro contemtu applausus,  
pro laboribus quietem.  
Gloriae enim satis hic consecutus censi potest,  
qui sine contemtu Medicinam conspexit.  
Talem in Te felicitatem hodie,  
*Vir Experientissime,*  
jure veneramur,  
quia  
*Augusta AUGUSTI Regis gratiâ*  
è communi Medicorum miseriâ jam pridem emersisti,  
ne,

ne, quantum Tibi Saxonia debuerit,  
Tu verò Saxonie debeas,  
nesciremus.

Felix igitur es,  
qui sub *Optimo Principe* contemptum deposuisti,  
dignusq; eligi viuis,  
ut eligeres Remedia,  
qvibus & Famae Tuæ, & corpori militari  
medereris.

Facis namq; Medicinam  
Tibi, & aliis salutarem;  
Fausto augurio:

dum amplissimum munus intra optima qvæq; coarctas,  
ipsiq; Medicinæ Medicinam adfers. non

Unde fit, ut ægri  
qvos cum sanitate in gratiam redire cogis,  
non tam Medicinam, qvam beneficium  
à Te accepisse ultrò fateantur.

Non invidemus Tibi hanc felicitatem,  
Sed Vovemus potius,

ut

In ægrorum salutem Salus Tua perennet,  
& Orbi Medico in Te  
illustre Praxeos Compendium

diu videre contingat;

Ne fata acculare cogamur,

qvasi Medicum ostenderint nobis potius, qvam dederint.

Vive ergo porrò, & flore perpetim,  
ne fructus gratissimos à Te unqvm  
desideret

*Rex, Aula, Civitas, Miles.*

Vive snaviter, & lète posthac confspice  
*Jacobum crebrius* redeuntem,  
qvò

in Jacobo æstivo Tuæ felicitatis æstatem, & Messem  
Ipse intelligas,  
Amici stupeant,  
Reliqui venerentur.

Kapsel 78 N 12 [75]

X300 8217

# MISERA MEDICINÆ FACIES,

qvam

XXV. Julii An. MDCCX,

in Onomastice

## VIRI

EXCELLENTISSIMI, AMPLIS-  
SIMI, ET EXPERI-  
ENTISSIMI

## DOMINI JACOBI BAR- TELMAEI

REGIS POL. ET ELECT. SAXON.  
ARCHIATRI,

PRÆSIDII MILITARIS MEDICI,

nec non

Colleg. Sanit. Aseff. Specabilis,

FAUTORIS COLENDISSIMI,

delicatam

exhibit

Christianus Henricus Kircheim, Med. Doct.

PALÆO-DRESDAE, Typis Schwengelianis.



Kapsel 78 N 12 [75]

A VI

